



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Brevis Expositio Propositionum Damnatarum**

**Didacus <ab Aragonia>**

**Venetiis, 1728**

Propositiones Damnatae à SS. D. N. Alexandro Papa VIII. Feria 5. die 24.  
Augusti 1690.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42653**

*Propositiones Damnatae.* 301

dicii prohibet omnibus Christifidelibus  
cujuscumque conditionis, dignitatis, &  
status, etiam speciali, & specialissima no-  
ta dignis, ne prædictas opiniones, aut ali-  
quam ipsarum ad praxim ducant.

---

Propositiones Damnatae à SS. D. N.

ALEXANDRO PAPA VIII.

Feria 5. die 24. Augusti 1690.

**B**onitas objectiva consistit in conve-  
nientia objecti cum natura rationa-  
li, formalis vero in conformitate actus in  
regula morum. Ad hoc sufficit, ut actus  
moralis tendat in finem ultimum interpre-  
tative. Hinc Homo non tenetur amare,  
neque in principio, neque in decursu vitæ  
suæ moralis.

v. Fides.

2. Peccatum philosophicum, seu mora-  
le est actus humanus disconveniens natu-  
ræ rationali, & rectæ rationi. Theologi-  
cum verò, & mortale est transgressio libe-  
ra Divinæ Legis. Philosophicum quantum-  
vis grave in illo, qui Deum, aut ignorat,  
vel de Deo actu non cogitat, est grave  
peccatum, sed non est offensa Dei, ne-  
que peccatum mortale dissolvens ami-  
citiam Dei, neque æterna pœna di-  
gnum.

v. Peccatum

**Q**uibus peractis, Sanctissimus omnibus  
plenè, & mature consideratis, pri-  
mam Thesim, seu Propositionem declar-  
vit hæreticam, & utitalem damnandam

N 7

& prohibēdām esse , sicuti dāmnat , & prohibet , sub censuris , & pōenis contra hāreticos , & eorum fātōtes in jure expressis : Secundam Thesim , seu Propositionem declaravit scandalosam , temerariam , piarum aurium offensivam , & erro-neam , & utitalem dāmnādām , & prohibēdām esse , sicuti dāmnat , & prohibet ; ita ut quicunque illam docuerit , de-fenderit , ediderit , aut de ea etiam dispu-taverit publicē , seu privatim tractaverit , nisi forsitan impugnando , ipso facto incidat in excommunicationem , à qua non possit ( prāterquam in articulo mortis ) ab alio quocunque etiam dignitate fulgente , nisi à pro tempore existente Romano Pōntifice absolvī .

Insuper districte in virtute Sanctæ Obedienciarū , & sub intermissione Divini Ju-dicij prohibet omnibus Christifidelibus cu-juscunque conditionis , dignitatis , & sta-tus , etiam speciali , & specialissima nota-dignis , ne prādictam Thesim , seu Propo-sitionem ad praxim deducant .

**Propositiones Dāmnatæ ab eodem**

**ALEXANDRO VIII.**

**Feria q[uod] die 7. Decembris 1690.**

1. **I**n statu naturæ lapsæ ad peccatum for-male , & demeritum sufficit illa , li-bertas , qua voluntatium , & liberum fuit in eaufa sua , peccato originali ; & libertate Adami peccantis .

v. Peccatum .

2. **Tā-**